



De vico oppidoque Piątek nuncupato

Cogitatio constituendi centrum Poloniae anno 1966 orta est. Hoc in Goslubium (Polonice: Goślub) factum est, sed, ut videbatur, monumentum symbolicum in Piantek (Polonice: Piątek) posuisse oportuit. Id in centro oppidi aedificatum est. Mense Octobri anno 2018 nuntiatum est novum centrum geodeticum Poloniae in Novo Rure (Polonice: Nowa Wieś) apud Kutnum, 16 chiliometrorum a Piątek, designatum esse. Hoc ob mensuram respectantem aquas marinas internas mareque ad regionem Poloniae pertinens designatum est, atque columna monumentali in possessione privata signatum est. Hodie plerique, cum interrogantur, ubi centrum geometricum Poloniae situm est, saepissime Piątek demonstrant. Res gestae huius loci longissimae et difficillimae sunt. Per maiorem partem exsistentiae suae Piątek oppidum erat, sed per 150 annos — ab anno 1870 ad annum 2020 solum rus manebat.

Primam conservatam recordationem de Piątek in documento die 19 mensis Ianuarii anno 1241 edito a Boleslao principe Masoviae pro episcopatu Plocensi (Polonice: plocki) invenimus. Hoc

documentum privilegium datum „in villa Piantek” asseruit. Vicus opulentus certe erat, quia princeps elegit Piątek, quamquam Lenciciam (Polonice: Łęczycza) eligere potuit. Inter annum 1241 et annum 1339 huius vici nonnullas mentiones invenimus. Nota de anno 1339 dicit, Piątek hoc tempore oppidulum cum mercatu fuisse. Commemorata dies hodie accipitur, ut annus quo Piątek iura civitatis secundum ius Germanicum accepit. In documento ex anno 1357, rex Casimirus Magnus priora privilegia pro Piątek — oppido cum mercatu — eiusque affiliationem ad archiepiscopos Gnesnenses confirmavit. Subsequens principes postera privilegia civitati concesserunt, quae ad eius progressionem moverunt, sed tamen Piątek habuit nullas opportunitates ad certamen cum validis centrīs administrationis, sicut Lancicia Lovitiumque (Polonice: Łowicz) fuerunt.

Res gestae oppidi Piątek saepe cum magnis eventibus in historia Polonica iungebatur. Exercitus Regis Vladislai Jagiełło per locum circa Piątek iter fecit, Grunvaldiam petens anno 1410. Deinde, inter Diluvium Suecicum, incolae Piątek oppidi et provinciarum, quae circa erant,

Joannem Casimirum Regem adhortati sunt. Saeculo XVII, secunda partitione Poloniae facta, palatinatus Lenciciensis cum Piątek sub imperio Prussorum inventus est. Ducatu Varsoviae creato Piątek intra illius fines inclusus est. Tamen post lapsum Napoleonis, ab anno 1814 ad annum 1918 Piątek ad annexum Russicum pertinebat. Inter primum bellum mondiale, atrocia proelia Germanica Russicaque ab Lencicia per Piątek ad Sochaczoviam (Polonice: Sochaczew) facta sunt. Secundo bello mundiali coorto multae incolae Piątek oppidi et regionum, quae circa erant, bellum, quod defendenda Polonia gerebatur, interfuerunt. Pugna maxima Polonici belli, quod defendendo gerebatur, apud Bzuram anno 1939, inter alios, in regione hodie communi Piątek facta est. Inter bellum Piątek in Wartam Civitatem in Imperio Germanico incorporatus est, et prope quattuor circiter chiliometros fines cum Gubernio Generali fuit.

Sed ad considerationes de amissione iurum civitatis a Piątek oppido redeamus. Incolae regionis circa Piątek difficile tempus annis praecedentibus Insurrectionem Ianuariam transibant, tamen nullae pugnae armatae aut proelia in regione Piątek relata sunt. Satis frequenter vero per oppidum cohortes insurgentium movebantur et maxima pugna hac in regione apud Balcovum (Polonice: Białków) gesta est. Insurrectio in regione Lenciciensi die 14 Iunii anno 1864 defecit.

Consilium Ordinans, constitutum ad reformationem administrativam

terrarum Poloniae sub annexu Russica, anno 1864 propositionem proposuit, ut oppida cum populatione minore quam 3,000 incolarum, publico fructu annali minore quam 1,500 Rubelorum Russicorum atque populatione, in qua super 50 centesima personarum agricolae sunt, fierent vici. Ita quoque cum Piątek factum est.

Rerum gestarum scriptores, qui de historia Piątek scripserunt, demonstraverunt oppidum iure civitatis in talione pro participatione incolarum in Insurrectione Ianuaria anno 1863 privatum esse. Difficile est tamen hanc sententiam comprobare. Poenae pro participatione in Insurrectione Ianuaria nequaquam actiones administrativae erant, sed magnae contributiones pecuniariae locis imponebantur. Iam post annum 1840 imperium principis Russorum agere incepit, ut iura civitatis receptura essent ab oppidis, quae difficultates pecuniarias demographicasque habebant ad hunc statum conservandum. In Piątek vico, similiter aliis locis huius regionis, id est Crosniaviciis (Polonice: Krośniewice), Sobothae (Polonice: Sobota), Zichlini (Polonice: Żychlin), Bielaviis (Polonice: Bielawy) et Glovni (Polonice: Głowno), iura civitatis anno 1870 direpta sunt, ergo modo sex annis post finem insurrectionis nationalis in annis 1863–1864.

Saeculo XXI apud incolas Piątek vici communes cogitationes oriri coeperunt ad iura civitatis Piątek restituenda. Per multos annos incolae studebant iura civitatis Piątek vici restituere. Anno

2020 150-adies anniversarius amissionis iurum civitatis Piątek notavit.

Multae postulationes in favorem iurum civitatis Piątek restituendorum prolatae sunt, sicut saecularis divesque historia Piątek ut urbis, centrum luculenter formatum cum foro atque plurima monumenta, praesentia infrastructurae urbanae et institutionum urbanarum, sphaeraeque bene evolutorum publicorum officiorum. Indicatum est etiam hoc

factum, quod plures incolae Piątek vici extra agriculturam occupati sunt.

Die 1 Ianuarii anno 2020 Piątek iura civitatis recepit et sic secunda civitas in palatinatu Lenciciensis factus est. Ad diem 31 Decembris anno 2023, Piątek 1,599 incolas habuit. Id oppidum ingentem oeconomicam, communicativam et periegeticam potestatem habet, quam eius incolae augere et dilatare sperant.

Tłumaczenie tekstu¹

O wsi i miasteczku zwanym Piątek

W 1966 roku narodził się pomysł ustalenia środka Polski, który został wyznaczony w Goślubiu. Zadecydowano jednak, że symboliczny pomnik należy ustawić w Piątku. Wzniesiono go w centrum miejscowości. W październiku 2018 roku ogłoszono, że nowy, geometryczny środek Polski znajduje się w odległej od Piątku o 16 kilometrów Nowej Wsi pod Kutnem. Wyznaczono go na podstawie pomiaru, który uwzględniał morskie wody wewnętrzne oraz morze terytorialne Polski, a następnie został oznaczony kolumną pamiątkową na prywatnej posesji. Do dziś większość osób, zapytana o to, gdzie znajduje się geometryczny środek Polski, najczęściej

wskazuje właśnie Piątek. Dzieje tej miejscowości są niezwykle długie i skomplikowane. Piątek przez większość swojego istnienia był miastem, jednak przez 150 lat – od roku 1870 do 2020 pozostawał jedynie wsią.

Pierwszy zachowany zapis o Piątku spotykamy w dokumencie z dnia 19 stycznia 1241 roku, wystawionym przez Bolesława, księcia mazowieckiego dla biskupstwa płockiego. W zapisie tym stwierdzono, że przywilej został wydany *in villa Piantek*. Osada musiała być zamieszkała, ponieważ książę zatrzymał się w Piątku, a nieopodal znajdowała się Łęczyca. Między rokiem 1241 a 1339 napotykamy na kilka kolejnych wzmianek o tej miejscowości. Ze wzmianki z 1339 roku wynika, że Piątek pełnił w owym czasie

¹ Tłumaczenie wykonała Martyna Kowalska.

funkcję miasteczka z jarmarkiem. Wymieniona data jest dziś przyjęta jako rok nadania Piątkowi oficjalnych uprawnień miejskich na prawie teutońskim. Król Kazimierz Wielki, w dokumencie wydanym w 1357 roku, potwierdził poprzednie przywileje dotyczące Piątku – miasta z jarmarkiem – a także jego przynależność do arcybiskupów gnieźnieńskich. Kolejni władcy nadawali miastu dalsze przywileje, które wpływały na jego rozwój, lecz mimo to pozostawało ono w cieniu silnych ośrodków administracji państwowej – Łęczycy i Łowicza.

Losy Piątku wielokrotnie krzyżowały się z wielkimi wydarzeniami historii Polski. Przez tereny, rozciągające się wokół Piątku, przeszły wojska króla Władysława Jagiełły przed bitwą pod Grunwaldem w 1410 roku. Z kolei w czasie potopu szwedzkiego ludność Piątku i okolic czynnie wspierała króla Jana Kazimierza. W XVII wieku natomiast, w wyniku drugiego rozbioru Polski, województwo łęczyckie z Piątkiem znalazło się pod panowaniem pruskim, a po utworzeniu Księstwa Warszawskiego Piątek znalazł się w jego granicach. Po upadku zaś Napoleona, od 1814 do 1918 roku, Piątek należał do zaboru rosyjskiego. Podczas I wojny światowej zacięte walki niemiecko-rosyjskie toczyły się od Łęczycy przez Piątek do Sochaczewa. Po wybuchu II wojny światowej, w wojnie obronnej Polski uczestniczyło wielu mieszkańców Piątku i okolic. Największa bitwa kampanii polskiej w 1939 roku, bitwa nad Bzurą, rozegrała się między

innymi na terenie dzisiejszej gminy Piątek. W czasie wojny Piątek włączono do Kraju Warty w Rzeszy Niemieckiej, a niedaleko Piątku, około 4 kilometrów, przebiegała granica z Generalną Gubernią.

Powróćmy jednak do rozważań, dotyczących utraty praw miejskich przez Piątek. Lata poprzedzające wybuch powstania styczniowego były trudne dla mieszkańców okolic Piątku. Co prawda zbrojnych walk i potyczek na terenie Piątku w czasie powstania nie było, lecz dość często przez miejscowość przemieszczały się oddziały powstańcze, a największa bitwa w okolicy rozegrała się pod Balkowem. W obwodzie łęczyckim powstanie upadło 14 czerwca 1864 roku.

Piątek ponownie stał się wsią w wyniku decyzji Komitetu Urządzającego, powołanego do reformy administracyjnej ziem polskich zaboru rosyjskiego, który w 1864 roku wyznaczył trzy czynniki, które miały zadecydować o tym, jakie miejscowości powinny stać się wsiami: miały mniej niż trzy tysiące obywateli, posiadały roczny dochód poniżej 1,5 tys. rubli rosyjskich oraz ponad 50 procent ludności utrzymywała się z rolnictwa.

Historycy piszący o dziejach Piątku wskazywali, że miejscowość pozbawiono praw miejskich w odwecie za udział jego ludności w powstaniu styczniowym 1863 roku. Twierdzenie to nie jest jednak prawdziwe. Za udział w powstaniu karano bowiem wysokimi kontrybucjami pieniężnymi nakładanymi na miejscowość,

a nie decyzjami administracyjnymi. Władze carskie już w latach 40. XIX wieku zaczęły zmierzać do odebrania praw miejskich miejscowościom, które zarówno pod względem finansowym, jak i demograficznym nie były w stanie utrzymać statusu miasta. Piątkowi, podobnie jak pobliskim Krośniewicom, Sobocie, Żychlinowi, Bielawom czy Głownu, odebrano prawa miejskie w 1870 roku, a zatem miało to miejsce dopiero sześć lat po zakończeniu powstania styczniowego.

W XXI wieku pojawił się pomysł przywrócenia Piątkowi praw miejskich, o co jego mieszkańcy starali się przez wiele lat. W 2020 roku przypadała ponadto 150. rocznica odebrania Piątkowi praw miejskich.

Wysuwano liczne postulaty, przemawiające za przywróceniem Piątkowi praw miejskich, takie jak wielowiekowa, bogata historia Piątku jako miasta, jednoznacznie ukształtowane centrum z rynkiem oraz liczne zabytki, występowanie infrastruktury miejskiej oraz instytucji o charakterze miastotwórczym i ponadlokalnym, a także dobrze rozwiniętej sfery usług publicznych. Wskazywano

ponadto na fakt, że większość mieszkańców Piątku zatrudniona jest poza rolnictwem.

1 stycznia 2020 roku Piątek odzyskał prawa miejskie i tym samym stał się drugim miastem w powiecie łęczyckim. Według stanu na 31 grudnia 2023 roku Piątek liczył 1599 mieszkańców. Miejscowość ta posiada ogromny potencjał zarówno gospodarczy, komunikacyjny, jak i turystyczny, który jego mieszkańcy mają nadzieję rozwijać i powiększać.

Bibliografia

- Cisak S., *Piątek. Z dziejów miasta i okolic*, Płock 2001.
[https://pl.wikipedia.org/wiki/Pi%C4%85tek_\(miasto\)](https://pl.wikipedia.org/wiki/Pi%C4%85tek_(miasto)) (dostęp: 23.07.2024 r.).
<https://www.gminapiatek.pl/piatek-moze-odzyskac-prawa-miejskie/> (dostęp: 23.07.2024 r.).
<https://leczyca.naszemiasto.pl/piatek-w-tym-roku-odzyskal-prawa-miejskie-dlaczego-je/ar/c1-7538293> (dostęp: 23.07.2024 r.).
<http://www.bip.ugpiatek.pl/?cid=8>